

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Si aduersus uenditionem pignorum. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

que in §. quibus, habuit respectu ad ius civile. quod etiam annullare poterat iuramentum, & annullabat: sicut hodie potest Papa. Sed hoc de non potest annullare: quia in hoc Imperator subest Papae: & le- perimitur canonibus. Similiter considerationes Bar. non sunt bonae. primo enim dicit non valere iuramentum quod prohibito dirigitur in personam: hoc est expresse contra textum in l. ij. ff. de reb. eo. ubi in pso- nam dirigitur tutoris & minoris: & tamen valet iuramentum etiam de iure in ista aut. & fortius de iure canonico, nec est bona ratio quod dicitur facies contra peccet mortaliter: quia hoc prederet: quod prohibito vel preceptum non concerneret merum fauorem illius cui fit: sed alterius, vel fauorem publicum. Sed quando fauor illius tamen, dicitur potius vel fauorem quam preceptum. ut in l. ij. in fi. ff. man. Sed facies contra co- solum vel superioris non peccat: & ita pluries consului de facto: & vidi alios consulentes: & etiam do. Rapha. adheret huic opi. dicens se vidisse consilia contra Bar. etiam canonistarum. Similiter alia consi- deratio an tollat per directum, vel indirectum: non est bona: quia si non potest directum, non potest per indirectum: ut in c. cum quid vna. de regu- laribus. vj. & in l. scire oportet. de tu. & cura. da. ab his. sic ergo de iure concludendum est statuta nullo modo posse tollere vires iu- ramentorum quas habes a iure canonico. dummodo concurrant illa tria: de quibus supra dixi. ¶ Vltimo queritur an sit necesse quod minor iuraret vel mulier de non veniendo contra, quod certioreretur de modis per quos potest venire contra. Dy. consuluit quod sic. aliam dixit iurame- tum non valere: sic nec valeret renuntiatio iuris, quod quis ignorat sibi competere: ut in l. qui cum tutoribus. ff. de traia. & idem tenet C. in l. ij. de rescin. ven. Bar. tenet contrarium in rationes suas non sunt multum vrgentes: ego aliqui tenui contra eum per Dyn. postea reperi- tur Arch. & lo. An. in c. ij. de pac. lib. vj. qui tenet expresse idem quod Bar. dicit enim quod licet simplex renuntiatio non teneat nisi fuerit quis certificatus de iure cui renuntiat: tamen iuramentum bene tenet: quia non tollit ius expugnandi virtute renuntiationis tacite vel expresse quod si hoc esset non posset praestari a minore: qui non potest iuri suo re- nuntiare: & in contrarium est: ut in ista aut. sed tollit ius expugnandi propter religionem iuramenti. ne incurrat quis peccatum: & ista ratio locum habet etiam si non sit certioratus: imputet enim sibi quare non fecit cer- tiorari: & quare iurabat antequam certioraretur: debebat enim scire vires iuramenti: & nesciendo peccat contra ius naturale: & sic sibi non iuramentum. Cetera vide hic per Doc. & in cor. vnde sumitur Nam in istis paucis quae dixi consistit tota utilitas huius tracta- tus. Multa enim & infinita dicunt Canonistae circa materiam iu- ramenti, maxime Moderni in d. c. cum contingat. ad quae pote- rit aptari addi per illa pauca quae dixi.

Si aduersus uenditionem pignorum.

Rubrica

¶ Signat quod duplex sit

Titulus praecedens loquitur quando minor petit restit. aduersus rei suae venditionem factam per se, vel per alium eius nomine. Sed de hoc quando fuit facta per alium ratione iuris quod habebat in illa re: puta pignoris: & sic nomine ipsius venditoris. ¶ & debes scire ad eundem quod triplex est pignus. scilicet conuentionale, quod ipse debitor obligat rem creditori. Item pretorium quod creditor in contumacia debitoris se non defendentis, mittitur in possessionem bonorum suorum ex primo decreto. Nam ista missio pignoris vocatur & dicitur pretorium, quia fit autoritate edicti praetoris. de quo in l. quibus. ex cau. in pos. ea. & postea vendit ex secundo decreto debitor latitante: ut in tit. de bo. autho. iu. pos. Item est pignus iudiciale, quod capitur post sententiam condemnatoriam, quae transiit in rem iudicalem pro execut. ipsius: ut in l. a diuo pio. §. si pignora. ff. de re iud. & in l. i. cau. iud. in rubro & nigro: & in omnibus istis pignoribus potest quod iste tit. An minor facta venditione pignoris per creditorem, possit eam rescindere per restit. in inte. & dubium erat, quia iste actus non est gestus per eum, sed per alium maiorem, & iure iudicis edictum praetoris de mino. concedens restit. loquitur de gestis per ipsum minorem: vel cum ipso, seu cum eius administratore legitimo, unde non videbatur restituendus. tamen restituitur se- cundum ea quae dicam in l. j. & ij. & aliquando non restituitur: ut patet in d. l. ij.

¶ In pignore conuentionali uenditio per creditorem minoris fit restit. etiam pro mo- do de iure: licet non pro minimo, etiam si non interuenit fraus: & quid in alijs conuentionibus.

LEX

I.



Etiam. ¶ Minor aduersus

venditionem pignoris restituitur si patitur ma- gnū detrimētū, vel imodera- tē laesus est: aliam secus. h. d.

Adde vel si fraudem: participauit creditor cum emptore: & tunc etiam pro paruo danno re- stituitur: licet non pro minimo: ut glo. per l. ij. de p. d. mi. & est speciale propter autoritatem iudicis quae interuenit in tali pignore & venditione

ut non deest restitio: nisi in dictis duobus casibus & eadem ratio in pi- gnore iudiciali: sed in conuentionali ¶ ubi non interuenit autoritas iudicis in pignore restituendo: fit restitutio etiam pro modico danno licet non pro minimo: licet etiam non interuenit fraus: & iste est intel- lectus glossarum, quae sequuntur Bart. & Bald. & Ia. sed Per. quem

sequitur Cy. dicit non esse siendam differentiam inter pignus pretorium & iudiciale ex vna parte: & conuentionale ex altera, quia in nullo ex istis pignoribus restituitur minor aduersus venditionem factam per se: & aduersus alios contractus restituitur etiam pro modico damno: & etiam si non interuenit fraudis consilium: sed re ipsa: & ratio diuersi- tatis est: ut minores reperiant creditores in eorum negotiis agen- dis: quia si fieret restitio pro modico damno, verisimile est quod non reperiret creditorem cum sibi expediret. arg. in l. & si sine. §. Idem faciunt. ff. de min. & istam opi. sequitur d. Raph. est satis pulchra & mihi placet: licet communiter teneatur praecedens: & ista lex de- bet intelligi eo casu quo pignus inchoat a minore, vel si inchoat a maiore cui minor successerat, & fuit postea aliquid gestum cum minore, aliam nullo modo fieret restitutio in pignore pretorio, vel conuentionali: sed ageretur contra creditorem, vel contra administratorem: ut j. l. proximi. nisi in subsidium eis existentibus non soluendo: quia etiam maiori succurreretur aduersus empto- rem: ut j. si vendi. pig. agatur. l. j. dummodo emptor non fuerit in mala fide: ut ibi patet.

¶ Haec emphyteuta si ignorauit rem esse emphyteuticam: & ideo non soluit canonem intra tempus, & sic res incidit in commissum: qualiter possit restitui ex clausula ge- nerali si qua mihi iusta causa &c. &c. nu. i.

¶ An minor restituatur aduersus uenditionem rei suae, factam a creditore iure creditoris & possit rem ab emptore auocare.

LEX

II.



Em quam.

¶ Minor aduersus venditionem pignoris (quae habuit originem a ma- iore cui ipse successit) non restituitur si nihil gestum fuit cum eo: sed contra creditorem, vel eius administra-

torem sibi succurritur, si non fuerint in dolo, vel in culpa. hoc. d. Supple quod in subsidium illis repertis non soluendo restitueret, etiam aduersus ven. quia etiam maiori succurreretur, si emptor fuit in mala fide: ut in l. j. si ven. pig. aga. In tex. ibi: [distinxit,] dicit. l. ex pacto facto cum pfe vestro, quod nisi restituitur pecunia intra certum tempus possit creditor vendere: si pecunia non fuit soluta. Vnde credi- tor vendidit post mortem patris vobis non regit: quia nec requirere tenebat. unde nihil fuit gestum vobiscum. Sed si tale pactum non interue- nisset, tunc dicitur creditor non poterat vendere nisi vobis hereditibus debitoris ter regit: quod soluatis sibi pecuniam: ut l. si conuenerit. ff. de pig. act. Si ergo regit non soluistis: tunc quia venditio fit propter mo- ram vestram, & vobiscum fuit hoc negotium gestum: licet pignus inchoe- rit a maiore. possitis restitui aduersus venditionem etiam pro paruo dan- no, licet non pro minimo, si pignus erat conuentionale. vel pro magno, si erat pretorium: vel tenendo opi. Pe. non nisi pro magno: & ita intelligit glossa istam legem: & ita limitat in l. si cum militaribus. j. de test. mil. Quod au- tem nihil fuit gestum cum minore cessat aequas: & nullo modo fit restitio, ut in l. Emilius. ff. de mi. quod est verum ex edicto de min. sed ex edi- cto quod ex cau. ma. & ex clausula generali si qua mihi iusta causa. de qua in l. j. in fi. e. ti. bñ possent isti minores restitui, et quicquid cum eis ni- hil fuisset gestum. si ignorauerunt pignus fuisse datum cum tali pacto,

¶ id quod habet in l. cum filius. §. in hac. ff. de ver. obli. per Dyn. ¶ & eadem ratio si haeres emphyteutae ignorauit rem esse emphyteuticam, & ideo non soluit canonem intra tempus: & sic res incidit in commissum potest restitui ex dicta clausula, etiam si sit maior propter iustam ignoran- tiam. Sed si sciuit, & erat minor, an ex privilegio etatis possit restitui: dubium: quia negotium fuit inchoatum cum maiore, & nihil gestum fuit

¶ Differentiam inter pignus pretorium. Adde Pau. de Cast. in l. i. ff. de pign. act. & Abb. in c. cum aliquibus. de re iudi.

¶ Ignorauit rem esse emphyteuticam. Ad de doct. in c. potuit: de loca. & Iason dif- fult in l. ij. C. de iure emphy.

Pauli de Castro Prima super Codice.

est eo quia tempus præfixum à iure interpellabat. In contrarium videtur quod illud tempus non currat hodie minori in quibus cau. in integ. resti. non est neces. l. si. Dic. ut l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de mino. Ex prædictis colligitur distinctione bimestre. quia facit glo. cum quæritur an minor restituatur aduersus venditionem rei suæ facta à creditore iure creditoris, & possit rem ab emptore auocare dic. quod aut pignus inceptit ab ipso minore; & tunc distinguit inter prætorium & iudiciale ex vna parte & conuentionale ex altera; ut in prin. gl. vlt. ibi. [In autem à prædecessore] & istam partem communiter tenet doct. licet Pe. dicat non esse sciendam talem distinctionem sed indistincte quodcumque pignus sit, non datur restitutio, nisi pro enormi damno, vel fraudis consilio: ut minor res facilius reperiatur creditores; & dicit Cy. quod ista opi. est ipsa veritas. Quando autem inceptit à maiore. Glo. recitat quatuor opi. sed reiectis tribus primis tene ultimam, quæ fuit Azo. quod tunc nullo modo restituatur minor aduersus talē venditionem, quod tamen limitat tribus modis: quod patet ex his quæ s. dixi. Prima limitatio est quod aliquid fuisset gestum cum minore: quia restituere per gl. quæ est in l. si militibus. j. de testa. mili. Secunda est quod nolle restitui talem quæ minor sed tanquam maior, propter iustā ignorantiā: quia tunc posset etiam si cum eo nihil fuisset gestum per not. in l. si filius. §. in hac ff. de verb. obl. Tertia limitatio est, quod creditor vel administrator non esset soluendo, & emptor participasset ei fraudi: quia tunc in subsidium restituatur aduersus emptorem per l. j. si ven. pign. ag. extra istos casus habet locum ista lex & l. Emilis. ut nullo modo restitutio concedatur ad rescindendam venditionem.

Si aduersus donationem &c. Rubrica.

- 1 Sponsalitia largitas non fit nisi in rebus mobilibus.
- 2 In actu gesto per minorem, si tutor vel curator est præsens, absque eo quod loquatur dummodo intelligant quod agitur an hoc ipso videantur auctoritatem præstare.

LEX I.

I quæ. Minor non restituatur aduersus donationem factam sponsæ ante nuptias, dummodo sit moderata. h. d. Et ratio est, quia videtur usus iure communis, cum fecit illud quod communiter omnes faciunt ergo &c. ut s. de in integ. rest. l. si. In tex. ibi. [congruenti &c.] dic. & sic loquitur de sponsalitia largitate quam facit sponsus sponsæ de futuro, quia contractis sponsalibus mittit sibi munera consueta: & statim efficiuntur plenius iure ipsius sponsæ: nec indiget talis donatio confirmata: quia facta est ante contractum matrimonium: & sic non ob. tit. de don. inter vi. & vxor. nec ista donatio reuertitur postea ad virum sol. ma. Sed pertinet ad mulierem, vel eius hæredes: ideo debet esse moderata, alias videretur læsus: & posset restituatur: non autem loquitur de dona. propter nup. quæ fit in recompensationem dotis. & sol. mat. reuertitur ad virum, sicut dos ad mulierem: nam illa quantūcumque magna sit, non dicitur maritus lædi ex ea: non indiget insinuatione: ut in glo. quæ incipit [hodie] & potest fieri etiam in rebus immobilibus: dum tamen (si erat minor) interniat auctoritas curatoris. ut in l. lex quæ tutores. j. de admi. tut. & ibi no. & etiam decretum iudicis. ut in l. prædia. j. de præd. mi. ¶ Sed sponsalitia largitas non fit nisi in rebus mobilibus & tunc non est necessarium decretum iudicis: in immobilibus autem non fit quia esset necessarium iudicis decretum: & hic non subesset iusta causa, propter quā deberet interponi: cum illa donatio non redeat ad maritum secundū Iac. But. ¶ In tex. ibi. [etiam curatore præsentem] innuit iste text. quod sufficiat præsentia tutoris vel curatoris in actu gesto per minorem, absque eo quod loquantur dummodo intelligant quod agitur: & hoc ipso videantur auctoritatem præstare: & hoc quidam dixerunt. Sed contrarium tenet glo. in l. etiam. ff. de aut. tu. quod imò requiratur quod loquatur. Et de hoc etiam in l. vbi non voce. de reg. iur.

- 3 Postquam donauit tibi rem, & dominium in re transiit: non possum illam rem alteri donare in præiudicium tui, nec tibi dominium auferre, vel donationem reuocare.
- 4 Donatio facta à minore de re immobili cum decreto iudicis, an valeat?
- 5 Maior si consentiat alteri maiori, rem ipsius consentientis vendenti, an perdat ipse consentiens dominium?
- 6 Actus quando est nullus, restitutio in integrum non est necessaria.
- 7 Adultus, an possit donare res suas mobiles?

LEX II.

I in te ac. Minor consentiens rem ipsius minoris donari alteri sine decreto iudicis, præiudicium sibi non parat: sed si mobilē, parat: sed re. titui. h. d. In tex. ibi. [abstulit] ¶ Not. ergo quod postquam donauit tibi rem, & dominium in re transiit, non possum illam rem alteri donare in præiudicium tui: nec tibi dominium auferre, vel donationem reuocare. ¶ In tex. ibi. [propter senatusconsulti auctoritatem] Idcirco quod requiritur decretum iudicis in alienatione rei immobilis ipsius minoris: quod hoc non interuenit, sic ergo non potest alienare rem suā, sine certa solennitate: sic ergo innuit hic quod si in hoc consensu interuenisset iudicis decretum, valeret alienatio. Sed in contrarium ut tex. j. si ma. fa. ra. l. j. & l. si. ver. cū aut. vbi dicitur quod donatio facta à minore de re immobili, etiam cū decreto iudicis: ipso iure non valet. Nam non sufficit decretum iudicis: nisi etiam subest iusta causa æris alieni exoluentis: ut in l. magis puto. §. pe. & l. si præies. de reb. eorū. ergo debet hic sumi ar. à contrario sensu: postquam reperitur contrarium in iure: ut no. in l. cōuenticulā. s. de epil. & cle. ¶ Colligitur etiam hic arg. quod si maior consentiat alteri maiori vendenti rem ipsius consentientis, perdat ipse consentiens dominium: non ergo videtur consentire ut pretium habeat: sed animo donandi: vide quod not. Bar. in l. dot. ff. de i. o. mat. Quid si consentio tibi vendenti rem meam: dic. ut in l. si fundū per fideicō. de leg. j. ¶ In tex. ibi. [nec auxilium] Not. quod quia actus est nullus, resti. in integ. non est neces. in l. in causa. in prin. ff. de min. Poterat autem hic esse ratio dubitandi ex duplici cap. primo, quia iste donas erat pater: & inter patrem & filium præsumitur animus donandi de leui: & quia ipse donauerat istis filiis. Vnde in recompensatione primæ donatiōis videbatur quod iste donatarius posset consentire patri rem illā alteri donati. per l. si verò non remunerandi. §. inde Pa. pi. ff. man. Sed hic patet contrarium. ¶ In tex. ibi. [in alijs verò rebus] subaudi immobilibus. Sic ergo non: quod minor potest donare res suas mobiles: & valet donatio, sicut potest hic consentire alteri quod eas donet. Quod puto verum, si non habet curatorem: sed si ipsum habet: tunc requiritur auctoritas: & hic non subest iusta causa interponendi auctoritatem: quia donare est perdere. Et ideo non valeret donatio: siue interueniret auctoritas: siue non: quia perperam interposita esset: & hoc probatur. ff. de cura. furi. lab. agnato.

Si aduersus libertatem &c. Rubrica.

- 1 Sententia diffinitiva potest dici decretum.
- 2 Iudex qui restituit minorem aduersus sententiam, non decidit litem que uentebatur inter minorem & eius aduersarium, sed eam restituit.
- 3 An tunc partes habeat necesse inchoare nouum iudicium, uel proseguere ueterem instantiam & actum?
- 4 Aliud est pronuntiare quem liberum, & aliud est pronuntiare quem liberandum. Aliud est pronuntiare quem deponatū, aliud quem deponatū.
- 5 Aliud est absolueret, aliud pronuntiare absoluentem.
- 6 Licet ex forma statuti iudex in ultimo mense sui officij non possit aliquam absolueret ab inquisitione uel accusatione, poterit tamen pronuntiare absoluentem: & an tenebit talis absolutio?
- 7 Si consultor cui commissum est causa consulenda per iudicem, consulat talem fore condemnandum, uel absoluentem: & iudex postea uiso consilio dicat pronuntio in omnibus & per omnia secundum formam consilij: an uideatur condemnasse, uel absoluisse?

LEX I.

I post. Aduersus sententiam qua pronuntiat minor teneat ad libertatem dandam, potest minor restituatur: si per eam lædatur: sed postquam libertatem dedit, licet indebitē, non restituatur ad ipsam tractandam: sed contra tutorem vel curatorem ei succurritur, si fuerit in dolo, vel in culpa. h. d. in effectu ista l. In tex. ibi. [post decretum] Idcirco vel finiam diffinitiuā ut j. patet in ver. [pronuntiauit]. ¶ & sic no. quod diffinitiuā finiam potest dici decretum. In tex. ibi. [debet pronuntiauit] dic. & malē: quia ille seruus non debet manumitti nisi conditione impleta: quia ita fuerat sibi relicta libertas, si tibi hæredi daret x. & ille non dederat: & sic non debebatur sibi libertas, & iudex pronuntiauit contrarium. Per quod videtur remississe conditionem: ut debeat purē: quia non dicitur deberi quod sub conditione debetur. cum interim nulla sit nata obligatio: nec etiā illud cui potest ob stare exceptio dicitur deberi. facit leum qui. §. si mulier. ff. de iuretu. per quem patet quod illud verbum deberi: intelligitur cum effectu: & sic nulla obstat exceptio. ¶ Itē in tex. ibi. [liberā instauratiōem admittit] No. quod iudex qui restituit minorem aduersus sententiam